



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

7 Series Aduocatorum Fisci Pontificij insimul Consistorialium à Bonifacio  
VIII. ad Petrum Franciscum de Rubeis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

## 222 CAPVT

7 runt \* Bonifatius VIII. quem  
summa cum laude utriusque  
Aduocationis officium in Ro-  
mana Curia gessisse testatur Cle-  
mens V. in edicto, quod aduer-  
sus persequentes famam dicti  
Pontificis proposuit Auenioni I-  
dibus Septembris Pontificatus  
sui Anno 4. scilicet 1308. Bo-  
nifatius Vitalinus, qui in Cle-  
men. dudum num. 9. de Iudicijs  
asserit, se talem fuisse tempore  
Clementis VI. assumpti in Pon-  
tificem Anno 1342. Iacobus de  
Sessis seu Cessa; sub Gregorio  
XI. electo ad Pontificatum  
Anno 1370. cuius meminit Bel-  
lamer. conf. 26. num. 12. vers.  
*Bonifatius de Amantis, Simeon*  
*de Perusia electus ab Alexandro*  
V.

V. creato in Concilio Pisano  
anno 1409. Augustinus Lantes  
de Pisis nominatus in Concilio  
Constantiensi sess 44. in fine, &  
45. ac in litteris Martini V. da-  
tis Constantiae 2. Kalend. Ianua-  
rij Pont. sui anno 1. nempe  
1417. registratis lib. 1. officiorum  
eiusdem Pontificis fol. 1. à tergo,  
Et tām superior quām nostra  
ætas continuata serie obserua-  
tum vedit in Ioanne Baroncel-  
lo, Andrea Sancta Crucio Pa-  
tritiis Romanis, primiquè me-  
minit Platina In Vita Calixti  
III. ibi, miserat & ad utrumquè  
Pontifex Ioannem Baroncellum,  
& Lelium de Valle Aduocatos  
Consistoriales, qui pacem inter  
eos componerent: Secundi autem

in

## 224 CAPVT

in vita Pauli II. ibi, Alter Ad-  
nocatus Andreas Sanctæ Crucis,  
cuius quoquè mentio fit à Pio II.  
in suis Comment. lib. 4. ibi, Ro-  
manorum Legati in itinere occur-  
rerunt Pontificis redditum oraturi  
quatuor viri diserti, quorum duo  
Iureconsulti fuere, & Sac. Con-  
sistorij Aduocati Antonius Caf-  
farellus, & Andreas Sanctæ Cru-  
cis &c. Ioachino de Narnia.,  
Andrea Bentio Senensi, Iustino  
Carosio, & Vespasiano Cæsio  
filio Angeli, Germanoquè fra-  
tre Cardinalium Pauli, & Fede-  
rici, quorum mentio habetur  
decis. 8. Mohed. primi quidem  
in principio, alterius num. 7. in  
fine de Præbendis ; Antonio Ga-  
brielio Romano, qui laudatissi-  
mum

mum opus Conclusionum Iuris  
composuit; Siluestro Aldobrandino Florentino Patre Clemens  
Octavi, Ioannis Cardinalis,  
& inscripti Petri; Onuphrio  
Camaiano Aretino, qui post-  
modum effectus fuit Praeses Ca-  
meræ Apostolicæ; Petro Aldo-  
brandino filio dicti Silvestri, à  
quo genitus fuit alter Petrus  
Cardinalis; Horatio Burghesio  
filio Marci Antonii Senensis,  
Consistorialis, h[ab]ac[u]m pauperum  
Aduocati, germanoquè fratre  
Pauli V. qui à Sixto V. relatus  
inter Referendarios utriusque  
Signaturæ Aduocationem Con-  
sistorialem, & Fiscalem insimul  
retinuit, eis solùm dimissis,  
quando fuit ab eodem Pontifi-

P ce

## 226 CAPVT

ce electus Generalis Auditor  
Causarum Cameræ Apostolicæ,  
in quo munere frater illi præ-  
defuncto successit sedente Gre-  
gorio XIV. Tiberio Cerasio Ro-  
mano ascito postmodum à Cle-  
mente VII. ad officium Ther-  
saurarii Generalis; Paulo Co-  
perchio Tullij filio Sabino, qui  
adlectus inter Aduocatos Con-  
sistoriales officium Commissarii  
generalis Cameræ Apostolicæ  
dimisit, ut Aduocationem Fi-  
sci, & Cameræ Apostolicæ ob-  
tineret; Ioanne Baptista Spada  
Seniore, ac Iuniore Patritiis Lu-  
censibus, quorum Primus, vti  
Clarissimum Iurisprudentiæ sy-  
dus Romana in Curia effulsit  
maximæ existimationis apud  
tres

tres sapientissimos Pontifices  
Clementem VIII. Paulum V.  
& Gregorium XV. quo sedente  
ad immortalem vitam euoca-  
tus non interitaram penè morta-  
tales sui memoriā reliquit;  
Alter per honorum gradus, tam  
in foro Romano, ac Palatio A-  
postolico, quam in Provinci-  
ali regimine totius Flaminiae  
summa cum laude obitos, è  
Patriarchatu Constantinopoli-  
tano ad purpuram elatus fuit  
ab Innocentio X. Antonio Cer-  
ro Papiensi utriusque Signatu-  
ræ Referendario, & Aduocato,  
re ipsa inter omnes Clarissimo,  
ac disertissimo; cui defuncto  
Urbanus VIII. \* Princeps om-  
nium scientiarum numero ab-